

Propheta flens, et planxit lamentatione hac in Jerusalem, et amaro animo suspirans et ejulans dixit, quam ex Græco LXX, Codice petitam, de ignora Textus Hebræus. (Habes 5) Sphalmata γαρφαζ, quæ librariorum culpa designata videntur, & Papali tamen nunc munita sunt auctoritate, v. g: Exod. XV, 19. legit: ingressus est eques Pharaon, pro equus Pharaon, סוס פרעה, mox enim פרשיו equites ejus distincte adjiciuntur: Jes. XXXVIII, 14. Domine, vim patior, responde pro me, haud dubie pro: sponde pro me, hoc enim vult Hebr. ערבני: c. XL, 2. pro eo, quod in Hebr. est מלאכה צבחה quia completa est militia ejus, haud dubie ex lapsu, vel ex audacia scribæ, legit Vulgata: quoniam completi est malitia ejus: Jes. XLIX, 10. Vulgata habet: et ad fontes aquarum potabit eos, pro portabit eos, וינהלם, interprete S. Johanne Apoc. VII, 17. ὁδηγήσει αὐτούς. Habes 6) errata διαρρηξίς, ex imperita interpunctione orta, quæ conjungenda divellit, & distinguenda conjungit, v. g. Exod. XXXVIII, 29: eris quoque oblata sunt talenta septuaginta et duo millia, et quadringenti supra sicli, cum ita distingui debeant, talenta septuaginta: duo millia et quadraginta sicli: Num. XXVI, 10. 11. juxta Hebr. ita habet: v. 10. aperuit autem terra os suum, et absorpsit eos, ac Korachum, cum moreretur concio, cum comederet ignis quinquaginta et ducentos viros, fierentque miraculum. v. 11. Filii tamen Korachi non sunt mortui: ast Vulgata sinistra interpunctione alium prorsus procudit sensum, hoc modo: v. 10. et aperiens terra os suum devoravit Corèb, morientibus plurimis, quando combussit ignis ducentos quinquaginta viros. v. 11. Et factum est grande miraculum, ut Corèb pereunte filii illius non perirent. Juxta fontes ergo CCL. viri, igne absorpti, facti sunt לנכס in prodigium, at juxta Vulgatam in conservatione filiorum Corè collocandum est miraculum. Habes 7) δινομαζία, corruptelas nominum, quæ vel propria loco appellativorum, & vice versa, sumuntur, vel specierum diversarum, animatarum aut inanimatarum, inter se permutantur, vel alio modo confusa aut corrupta depravantur: v. g. Gen. II, 8. plantavit Deus paradisum voluptatis a principio, pro מקדם בערן גן hortum in regione Eden ab Oriente: c. XII, 6. pro מורה ען ארון usque ad quercum Moreb, Vulgata habet usque ad convallem illustrem: c. XIV, 5. כהם Vulg. reddit, cum eis, cum

P. II. Cap V.
 de Versione
 Vulgatae La-
 tinae.